DE GALLOAESTHESIA DISSERTATIO QUAM PRO LAUREA MEDICA...

Giuseppe Petrobelli

DE

CALLOÆSTHESIA

DISSERTATIO

QUAM

PRO LAUREA MEDICA OBTINENDA

LEGEBAT

Joseph Petrobelli

LENDINARIENSIS

PATAVII

TYPIS PENADA

MDCCCXLIII

PIIS MANIBUS

PATRIS DULCISSIMI

ET

D. SERAPHINO NOB. PETROBELLI

CHRISTIANAE VIRTUTIS

EXEMPLARI

DICATA

.... « Ben lungi per altro dall'esser estesa a questa sua propria ed indispensabile ampiezza, ne fu anzi divelta una di lei parte integrante, la teoria delle idee e dei sentimenti morali, abbandonata alla metafisica in parte ed in parte all'etica, e tradotta perfino nelle scuole teologiche quasi ramo affatto estraneo alla scienza dell'economia organica; laddove gli è uno dei più importanti, strettamente connesso con tutti gli altri fenomeni di essa e regolato dalle medesime leggi »

G. Rasori.

Pref. alla Trad. della Zoonomia di G. Darwin Mil. 1834 pag. LIV.

Quum jam a juvenili aetate semper operam navassem ad observandum quidquid artifices admirationis dignum produxerunt, cujus perfectiones rudi sermone aliquis prae oculis mihi ponebat, de pictura quodam judicio pollere potui, quo tabulas merito redundantes ab indignas distinguere mihi fas erat. Et quum hoc observassem in multis eodem modo evenire absque praevio aestheticae studio, impossibilis aliunde semper mihi evasit explicatio rationis per quam isti pseudo-intelligentes plerumque inepti evadunt ut exprimant verbis causas judicii ad quod praeclara naturae ex artis opera eos determinant.

In libris philosophorum nonnullorum diligens studium adhibui ut de hoc phaenomeno plausibilis quaedam mihi ratio appareret, sed inutiliter; aliquid tantummodo meam curiositatem explevit quod scripsit Gallinus, qui profunda mente perscrutatus est: «le cause e le circostanze tutte per cui all'occasione di alcu-

ne impressioni fatte dagli oggetti sui sensorii esterni l'uomo non solo prova sensazioni grate o moleste, ma può ancora formarsi e risvegliare alcune serie successive d'idee, di giudizii, di ragionamenti e di determinazioni, le quali ultime lo portano ad esprimere le interne sue percezioni, ed a produrre oggetti che possono eccitare negli altri simili percezioni » et demonstravit quomodo « avvenga che si possa qualche volta giudicare rettamente, ed operare conseguentemente senza poter esprimere colle parole tutte le serie d'idee e di circostanze che ci conducono ai giudizii ed alle determinazioni. » Quum vero ut Laurea medica rite cohonestentur opus sit ut candidati in lucem edant aliquid, quod vel de Medicina, vel de scientiis auxiliaribus et affinibus pertractet, de hoc argumento nonnulla colligere cogitatus sum, ad quod seligendum nec decoris cupiditas nec famae sed obedientia academicis regulis me impellit.

Nullum adesse videtur dubium pulchritudinis sensationem enasci per impressiones, quas forma et color producunt, aeque ac per dispositionem quamdam sonorum, ita ut objecta pulchritudinem praeseferentia in duas abeant classes. Prima continet quae graphidi pertinent, quaeque lucis ope visus organon modificant, et secunda quae musicae spectant, quaeque per aërem auditus organon modificant. Rationi pariter concors videtur numerum concentrum con-

stituentium quasdam harmonicas leges fontem esse illarum oscillationum jucundarum, quae per auditum musica nobis communicat, et per numerum et leges quasdam poësiam et eloquentiam eumdem gignere effectum. Praeterea incertitudo opinionum inter scriptores de existentia et natura pulcbritudinis absolutae, et de causa sensationis jucundae, quam *callos* in objectis graphidi pertinentibus semper producit, in suspicionem facili negotio trahit quod in his ipsis objectis effectus gratus in proportione sistat. Quae definienda est: relatio, quam praeseferunt partes rerum inter semetipsas ad componendum integram objectum satisfaciens, quando impressiones eodem temporis actu vel instantanea quadam celeritate ad sensorium transmittuntur vel ad centrum maximum nervorum, ubi anima residet, quae facultate gaudet respondentem sensationem experiendi. Tandem rationi concors videtur quod, etsi consonantiae musicae harmoniae propriae pertineant, omnibus tamen in rebus adsint, dum nonnulli colores vicinius se haud recipiunt, nonnulli e contra: et quaedam dimensiones inter semetipsas comparatae pro nihilo habentur, aliae e contra, eodem modo ac toni musices; et istae harmonicae leges veram efformant rerum proportionem. Ex quibus erui potest difficultatem haud inesse persuasioni existentiae illius proportionis a qua *callos* absolutum pendet, vel in qua consistit, sed potius eidem proportioni. Multiplicitas re-

lationum varietates inter et graduationes colorum et inter partium dimensiones opus venustum efformantes in causa est quod facilius sit observare et percipere eodem temporis actu omnes proportiones in operibus examinatis, vel ingenio et manu perfectis, potius quam eas enumerare et praecisae distinguere, et minus facile evadat exteruis signis et verbis eas exprimere, ut conscios reddamus alios recti judicii et determinationum respondentium. Et prudenter asserit Cicognara leges et proportiones existere, quae persentiuntur quin cognoscantur et quin alicui conventioni obediant, quae nostram animam modificant per sensoria in quae vim suam exerunt. Quod Cicero ipse aliis verbis jam dixit. Leges illarum proportionum quae *callos* absolutum constituunt Gallinus non determinat, solum asserit quod, etsi detectio et determinatio istarum proportionum promptiores et certiores reddere possit gressus professoris ingenuarum artium, tamen ejus adtentio venustatis objectis adplicita, ut ipse recte judicet et similia producat, absque praevia distinctione circumstantiarum et legum, quae talia ea constituunt, efficere potest. Gallinus, ut sit hoc argumentum physiologiae magis propinquum, prius examinat causam qua tantae institutae fuere classificationes ut iu dubium vertetur an vere pulchrum absolutum existat, rationem porro determinat per quam sensus voluptatis semper judicio pulchritudinis naturae et artis respon-

deat, et per quam ab isto sensu voluptatis gigni possit *callos* relativum, arbitrarium, peregrinum etc.

Nunc ad physiologicas deveniamus observationes. Vel professor imitetur objecta naturalia, qualia visui se se offerunt, vel alia seliget, alia recuset et nil propriae inventionis adjungat, vel tandem partes conjungat perfectiores multorum objectorum similium ut unum tantum propriae electionis efformet, semper quod objectum pulchrum nobis praesefert est observatio imitationis naturae objectorum excellentium et perfectiorum, et pendet a plus minusve exacta conservatione legum generalium pulchri absoluti. Ut ratio reddatur varietatum judicii circa *callos* notandum est quod, etsi nonnulli, considerantes impressiones objectorum venustorum internam inferre satisfactionem aut gratam sensationem, crediderint non existere *callos* absolutum, sed pulchrum esse quod placet, tamen verum est *callos* non esse tale quia placet, sed quia est pulchrum. Hic notetur quod voluptatis sensus, cuicumque objecto referatur et a quacumque parte proficiscantur impressiones quibus respondet, semper oritur et respondet cuidam proportioni et graduationi in vi omnium impressionum, quae eodem momento a diversis nervosis extremitatibus recipiuntur, et ab istis eodem momento ad centrum maximum nervorum sive cerebrum transmittuntur. Quando impressiones insimul translatae ab illa via propor-

tione et graduatione recedunt sensus tunc fit molestus. Isti duo sensus, ut est a quocumque in semetipso notandum, summi evadunt regulatores illarum determinationum, per quas impressiones, eodem tempore se se distribuendo a centro maximo ad varia motus animalis organa, in casu sensus grati originem dant motibus illorum organorum ita proportionatis ut inserviant ad retinenda et appropinquanda objecta, aut quocumque modo renovationem producunt illarum impressionum quae hanc sensationem produxerunt: et in casu sensus molesti impressiones originem dant motibus, qui inserviunt ad objecta amovenda et remotionem promovent, si possibile est, illarum impressionum quae molestiam produxerunt. Isti duo sensus porro omnibus impressionibus, quae eodem temporis actu efficiuntur, respondent, et tali pacto successivae determinationes et consequentes motus animales semper illam servare debent proportionem, quae naturae et praeservationi individui consona evadat. Praeterea quando impressiones omnes uno ipso icto ad centrum maximum perveniunt, sensum excitant aut gratum aut molestum magna vi donatum, et tunc facultas in centro maximo residens, aut anima, cui facultas pertinet sensationem gratam aut molestam experiendi respondentem, omnino occupatur adjretineudas et renovandas impressiones, quibus molesta respondet sensatio, aut saltem ad earum vim infringendam. Hinc animae nec

primo nec altero in casu tempus datur necessarium ut peculiares distinguat impressiones, eam ad quaedam judicia et ad quasdam determinationes impellentes, ut semetipsam et alios quoque judiciorum rectitudinis et determinationum cohaerentiae conscios reddat. Cuivis inter se pensitanti illae proportiones confirmatae innotescunt.

A multis observationibus, quas Gallinus exposuit in « Primo Saggio di osservazioni etc. 1792 » et ab illis numerosioribus et praecisioribus quas exposuit in « Nuovi Elementi della fisica del corpo umano » clare patet quod impressiones eodem tempore ad cerebrum perventae ab omnibus organis aptis ad eas recipiendas et transmittendas ad illud centrum maximum, quum habituales sint aut vi consueta donatae, ullam nec gratam gignunt nec ingratam sensationem. Impressiones vero, quibus aut una aut alia respondere deberet sensatio, certe accipiuntur et transmittuntur non solum ad centrum maximum, sed ex hinc etiam ad organa motus animalis, quae ad respondentem actionem determinantur. Quam veritatem clariorem reddit continuatio motuum alternorum respirationis, et nimis abunde eam declarat proportio varia, per quam isti motus alternantur juxta locum, a quo removendae sunt causae impressionum ad excitandam sensationem molestam conferentes. Persaepe vero iste sensus, cujus respondentes impressiones promptam dant occasionem motibus alternis differenter proportio-

natis, nullo modo manifestus evadit. Ab ipsis observationibus consequitur quod impressiones, quando eodem temporis actu recipiuntur et transmittuntur ab omnibus sensoriis externis et a superficiebus internarum cavitatum aut canalium ad centrum maximum, tali non donantur vi ut sensationem gratam aut molestam respondentem gignant, tunc anima distinguere possit seorsim absque istis sensationibus impressiones in aliquo externo sensorio productas juxta varium gradum vis efficientis.

In ipsis sensationibus gratis aut molestis patet animam distinguere inter eas impressiones per vim et directionem qua transmittuntur ad centrum maximum, ubi residet; nam istas sensationes refert loco in quo praeponderantes succedunt. Igitur si impressionibus omnibus nulla grata aut molesta respondet sensatio, quae totam ejus occupet attentionem, ut efformentur determinationes istis respondentes sensationibus, impressiones ab aliquo transmissas sensorio distinguere potest. Scimus enim a physiologia sensoria externa tali pacto constitui ut idem corpus in idem sensorium et eodem temporis actu eamdem impressionem multiplicibus in punctis aut extremitatibus nervosorum filamentorum gignat. Scimus praeterea quod ista filamenta multiplicia quum in funiculo uniantur ut dirigantur ad centrum maximum condensare debent impressiones insimul sub actu transmissionis, at hinc illae quae ad centrum maximum

perveniunt per hanc solam densationem aliis praeponderare debent, quae ope aliarum directionum huc perveniunt. Gallinus demonstrare conatus est quod, istas impressiones distinguendo easque referendo non solum ad externum sensorium a quo accipiuntur et transmittuntur, sed causae externae diversae a qua producebantur, anima ideas sensitivas efformat. Praeterea demonstravit quod illae impressiones propriam servant praeponderantiam, imo majorem adquirant a centro maximo progrediendo per illa filamenta nervea, quae vario modo separantur et novitus unimitur, et varia efformant centra successiva quasi maximo subdita, variasque partes cerebri et cerebelli constituentia. Aut anima, cum possit eas distinguere in variis compositionibus, decompositionibus et recompositionibus, efformat, eas distinguendo, alias ideas compositas, generales, abstractas, quas metaphysici dicunt esse derivationes compositionis idearum sensitivarum aut esse partes in quibus istae dividi possunt, aut tandem novarum compositionum partium ipsarum esse derivationes. Notum est quod istae ideae non sensitivae varium efformant nexum omnium idearum, per quas serius vel ocius impressiones respondentes alias reproducunt, quae saepius contemporaneae fuere aut successivae, et per quas anima propriis gaudet cohaerentibus seriebus judiciorum, ratiociniorum, et determinationum, quae eadem ratione qua saepius eodem ordine

reproducuntur ita promptae redduntur ut ideae diversae absque distincta animae perceptione verbis exprimantur.

Ne omnia reproducantur, quae Gallinus de hoc argomento scripsit, satis erit nonnullas in scenam inferre observationes manifestantes animam non semper posse distinguere impressiones ideis respondentes, judiciis et determinationibus prompte sequentibus, etsi istae impressiones a sensoriis transmittantur et progrediantur, aliis contemporaneis praeponderando, seque manifestando motibus animalibus respondentibus et praecipue illis, per quos homo vocem modulat verbaque efformat. „A quanti non succede, ait Gallini in: Saggio etc. 1792, che quando vengono interrogati all'improvviso e con forza su qualche soggetto, rispondono prontamente e giudiziosamente nello stesso modo e forse meglio che quando si mettono in orgasmo per essere conscii di rispondere a proposito? Ma allora essi lo fanno come involontariamente e spesso contro le fissate loro determinazioni. A quanti non accade che nei casi pericolosi producano improvvisamente alcuni moti mirabili, che non dipendono dalla sola riproduzione delle serie d'idee altra volta avute, e delle serie di moti altre volte prodotti, ma da una nuova combinazione di quelle e di questi? L'uomo di spirito che brilla nelle società per le sue facezie non si serve certo di una seria attenzione per associare quelle idee e per

distinguere con precisione se sieno adattate o no al caso: ma le esprime in parole senza che l'anima sia conscia del loro valore. E chiunque si sforza con la riflessione per essere faceto non merita alcuna considerazione. Così le orazioni più energiche, le più adattate, le più efficaci non sono sempre le più studiate, o quelle nelle quali l'oratore colla sua attenzione sembri avere più cooperato, ma piuttosto le estemporanee. Come altrimenti spiegare il fenomeno di quelli i quali, per quanto studio facciano, non sanno alle volte accozzare le parole per esprimere i loro sentimenti: ma se stanchi di riflettere pensano a tutt'altro o dormono la notte intera tranquillamente, conoscono all'applicarsi di nuovo anche improvvisamente a quel soggetto, come vanno accozzate le parole per esprimere tutto ciò che sentono?» Quum impressiones, productae a corporibus introductis et plerumque a fluidis circulantibus in superficies internorum cavitatum et canalium, et ab istis superficiebus transmissae ad centrum maximum nervorum vi praeponderantes esse possint, istae distingui non possunt ab anima absque sensu grato vel molesto iis respondente. Corpora introducta in internas cavitates, et plerumque fluida circulantia, quae illas producunt praeponderantes impressiones, successive transeunt per alias cavitates et canales vasculare systema constituentes, et ubicumque praeponderantes constituunt. Hinc prae-

ponderans congeries impressionum eodem tempore acceptarum et ad centrum maximum transmissarum tali vi semper donatur, cui sensatio respondere debet, quae accepta vel ingrata evadet prout impressiones inter se quamdam praeseferunt vis proportionem, aut ab hac eadem proportione derivant. Hoc in casu grata vel ingrata sensatio semper refertur loco, in quo praeponderantes inceperunt, nam istae vi semper crescunt et earum praeponderantiam conservant. Praeterea quando impressiones omnes et illae consequenter, quae efficiuntur in superficiebus internaram cavitatum et canalium, vi increscunt et gradu solito sint superiores, tunc grata vel molesta sensatio respondens loco refertur, in quo numerosiores impressiones eodem temporis puncto accipiuntur et transmittuntur ad centrum maximum et hinc ad situm cordi propinquum, vel ad cor ipsum. In isto certe loco numerosiores sunt impressiones eodem temporis momento productae a sanguine circulante in superficie internarum cordis cavitatum et vasorum majorum, et illae seris atmosphaerici in interna superficie pulmonum. Hinc Gallinus asserit sensum gratum aut molestum plerumque gradui respondere impulsionum, quas sanguis circulans et aër atmosphaericus producunt ratione directa libertatis aut impedimenti respirationis et circulationis. Istae impressiones continuo et brevissimis tantum intervallis ad cerebrum transmittuntur et pari vi decurrunt,

vel moderate adaucta dum excitatur sensatio grata, et sunt inaequales et decurrunt vi summopere adaucta dum sensus respondens sit molestus. Et sicut istae impressiones sanguinis circulantis et aëris in pulmones introducti numerosiores certe sunt in breviori temporis spatio, et oportet ut valde densatae sint ut ad centrum maximum perveniant, sic, si omnes impressiones pari donantur vi, sensatio grata aut ingrata respondens cordi referri debet vel locis cordi propinquis.

Gallinus hinc scripsit: « Con questi principii non sembrerà strano che un dotto il quale abbia scoperta una verità dopo molta fatica, che un generale il quale abbia vinta una battaglia per le sue direzioni e per le disposizioni date alle forze affidategli, che un amante il quale si riconcilia colla sua bella, e che un maldicente il quale ha avuto occasione di malignare anche i più onesti provino tutti un egual piacere. Questo è prodotto dalla circolazione che tenuta oppressa si restituisce alla sua libertà e che nei primi momenti che riacquista la libertà è un poco più accelerata e più viva del solito. Il piacere, che in tutti questi casi si riferisce al cuore o ne' suoi contorni, è accompagnato da una libera ed eguale alternazione dei moti della respirazione, la quale prima era oppressa e al possibile impedita, e la quale influisce sempre nell' accelerare o ritardare corrispondentemente la circolazione. Introd. alla fis. del corpo uma-

no sano ed ammalato 1802 » Hucusque dictis addendum est quod sicuti a regularitate vel irregularitate motuum alternorum respirationis et circulationis potius quam ab aliis signis status morbi vel salutis manifestatur, nil mirum observare impressiones, quae istis motibus occasionem dant, praeferentia frui excitandi sensum gratum aut molestum, et tantummodo quando impressiones habituales et numerosiores non concurrunt ad excitandam unam aliamve sensationem, homo posse tranquille incumbere ad ideas efformandas et ad exequenda opera intellectus et imaginationis, et ad eas ideas signis externis et praesertim verborum usu exprimendas. Provida natura hoc modo disposuit ut homo tranquille istis postremis operationibus operam dare possit, quando nullus molestus sensus eum edocet impressiones peractas in superficiebus internarum cavitatum et canalium noxas evadere posse ejus sanitati, et tali pacto illarum causas amovendas esse.

Sed ad peculiare subjectum materiei nostrae propius accedendo, notandum venit, quod ipsae impressiones tantummodo peractae in externa sensoria a corporibus circumstantibus tanto praeponderare aliis, eodem tempore ad cerebrum transmissis, et tales progressive eodem tempore perseverare possunt, ut nunc succedant quadam vis et celeritatis proportione, nunc ab ista proportione recedant. Primo casu sensum gratum seorsim excitant, secundo verc

sensationi molestae respondent. Istae sensationes semper animae attentionem occupant, quae tunc anima praeponderantes impressiones haud refert causae externae eas producenti, ita ut purae ideae efformentur; sed potius adfectiones vel adversiones istis extremis causis efformat. Istae gratae adfectiones et adversiones frequentius se se succedendo et reproducendo in passiones convertantur, in sympathias et antipathias, quae rationi consonae vel adversae adparent ratione directa sensus grati aut molesti excitati aut a proportione aut a non proportione vis impressionum receptarum et transmissarum ab aliquo externo sensorio et actionis causae externae eas producente; vel ratione ejus excitationis ab impressionibus plerumque eodem tempore receptis et transmissis, quae promptius se se reproducendo sensum istum constituunt, etsi referatur impressionibus et causis externis impressionum praeponderantium quae eodem tempore peraguntur aliquo externo sensorio. Non hic locorum sermo erit de impressionibus peractis a quibusdam corporibus in sensoriis externis tactus, gustus et olfactus, quae difficilius vi inerescunt absque influentia in motibus alternis cordis et pulmonum, et hinc absque augmento celeritatis et vis impressionum successivarum sanguinis et aeris atmosphaerici in superficiebus cordis cavitatum et vesicularum pulmonalium. Hoc in casu sensus gratus vel molestus unioni omnium impres-

sionum acceptarum et transmissarum etiam a superficiebus internarum cavitatum et canalium respondere potest: illarum vero solummodo impressionum quae ab externis visus et auditus sensoriis accipiuntur et transmittuntur. In oculo et in aure proportiones harmonicae et disharmonicae inter impressiones quas corpora quaedam vel per multiplices lucis radios, vel per multiplices aëris oscillationes ad pulpam usque nervi optici et acustici pervenire faciunt, sensum gratum aut molestum producere possunt et imo producunt, absque dependentia, praeter solitam, ab impressionibus eodem tempore e superficiebus internarum cavitatum et canalium acceptis et transmissis. Sensus tunc gratus et molestus cordi et viciniis haud referri potest, etsi nec uni alterive sensorio (oculi et auditus) distincto modo referatur, nec causis impressionum hic peractis. Hae externae causae difficile dignosci queunt nec proportiones celeritatis et vis impressionum successive eodem tempore peractarum et transmissarum comparari queunt. Certum verum est quod illa sensatio, quam tunc experimur, totam occupat attentionem animae, quae consequenter ita celeriter respondentes accipit perceptiones determinationesque ut illarum conscia haud reddi possit, nec alios quoque illarum reddere conscios: sed vero recte judicare ostendit, et motibus consequentibus occasionem dare, qui, si de ingenuis artibus tractetur, concurrant ut similiter venustas producat.

Istis homines versantes in circumstautiis valdopere similes se reddout illis qui, quum ideas non habeant distinctas, per quas nonnulla efforment judicia et determinationes in vitae negotiis aut in quibusdam physicarum scientiarum factis, nesciunt pari modo exprimere verbis series progressivas idearum ut alios reddant conscios de judiciorum rectitudine et de ratione determinationum executarum. Et hac de causa contemni ne debent isti? Effectus forsan mechanicus erit hic dicendus, dum quaedam animae attentio necessaria evadit ut recta efforment judicia et respondentes determinationes? In casu igitur judiciorum rectorum qose nonnulli de pulchritudine efformant, et in casu determinationum per quas venusta gignunt opera, non hic repetendum erit quod Gallini physiologia nos docet de influentia, quam physica cerebri constitutio habere potest in istis rectis operationibus. Casu veru nostro addendum erit sensum gratum a polchro productum qui totam animae attentionem occupare debet multo magis impedire posse ipsam semper distinguere impressiones peculiares per quas recte judicat et recte determinator nt similia producat, et hinc non posse verbis exprimere causas judiciorum et determinationum.

Sed quomodo nonnulli liberalium artium professores absque fideli et pedissequa imitatione venustorum operum similia efformare possunt et originalia? et dum ea imitantur, regulas

quoque aliorum sequendo, opus producunt regulare, ast non semper pulcbritudine et originalitate fulgens? Ille qui haud fideliter imitando venusta naturae et artis opera, multa a contra attente observat aliquo modo similia, vario modo affici potest a singulis partibus, causa majoris harmonicae proportionis quam inter semetipsas praeseferont, et per quam concurrunt ad vim adaugendam sensationis gratae a pulchris objectis productae. Hinc se determinando ad similia componenda diversam dare debet proportionem aliquibus partibus relative harmoniae magis consonam, et hinc opus producit simile, sed originale, nec perfecte aliud imitans. Ille e contra, qui exacte imitatur proportiones operum, communi consensu, venustarum, similiter venusta prodocet, sed semper in illis erit reminiscentia exemplarium, et ejus opus imitatio habebitur non originale.

Potius quam igitur insistamus ut artium liberalium professores exacte sequantur proportionum harmonicarum leges statutas, suadeantur ut multa venusta opera observent illa profonda attentione, per quam acquirant habitudinem judicandi recte et recte determinandi, ut ex improviso colligant singulas partes illis innixi proportionibus justis, quae in diversis operibus admiratis impressionem in eos producere, eorum sensationem gratam adaugendo tempore observationis. Verum tamen est quod statutas regulas quum sequantur, artium libe-

ralium professores adparent quandoque solummodo viles imitatores, quam a semetipsis judicare non valeant de proportionum harmonia. Hoc vero notetur quod sensus gratus operis venusti, quod observamur vel quod exequi volumus, potest quandoque haud respondere proportionibus omnino harmonicis inter impressiones praeponderantes in nostra sensoria peractas a diversis ejusdem operis partibus. Iste sensus potest quandoque respondere similibus proportionibus in impressionibus praeponderantibus, quae conjunctim et eodem temporis actu accipiuntur et ad centrum maximum transmittuntur. Clamorosa quaedam novae methodi, aut novae proportionum reunionis inventio, plausus obtentus per aliquam introductam novitatem tali pacto nervei systematis actionem excitare potest, ut producatur alternatio regolaris, imo fortior respirationis et circulationis motuum; per quam grata sensatio adjungatur impressionibus operis, quod observamus vel quod exequimur, quod illis absque circumstantiis nullam gratam sensationem distinctam gignere valeret. Quae circumstantiae rationem reddere possunt pulchri relativi, peregrini, irrationalis; imo etiam genesim explicare possunt sympathiarum et antipathiarum.

Gallinus in «Saggio d'osservazioni ec. 1792» scripsit quod, quum adsueti simus aliquibus seriebus idearum et motuum consequentium, evenit ut illae et isti tanto rapido modo succedant

sibi invicem ut anima unamquamque illarum haud percipiat, nec conscia reddatur propriae determinationis per unumquemque motuum istorum. Et addit quod, quando anima attentionem praestat aliquibus ideis et motibus sequentibus, reproductionem sic promptam reddere potest ut tandem videatur ipsas succedi absque intermediis, quae vere reproduci deberent tanquam causa una aliarum. Ita voluptas, quam experitur amans per chartam scriptam ab amasia sua aut per aliud quodcumque, alioquin indifferens, pendet a reproductione in ejus cerebro illius status in quo ille erat quando prope eam ejus veneres et pulchritudines admirabat.

Erit ne physiologi penetrare rationemque reddere de facultatum intellectualium actionibus quin in erroneas incidat propositiones? Scripta physiologica a cel. Gallini edita perlegantur, attente perscrutentur et examinentur absque timore frustra tempus terendi a studiis recedendo quarumdam meditationum haud completarum aut absurdarum, quarumdam doctrinarum destillatarum, quas exprimunt tenebrosi auctores locutione mutila et insolita, hodiernae nimis propensio cobibeatur erga res externe fulgidas, vulgares, jocundas, aliis relinquatur ut utantur formis cadaverosis doctrinarum quas nonnulli moderni in scenam ferunt, et mentes per curriculum lucidiorem dirigendo a fulgidioli physiologiae sidere rectas, clare patebit physiologum explicare posse rationemque reddere

actionum facultatum intellectualium et praeterea demonstrare probabiliter adplicationes utiles ut securior et efficacior, oti fieri potest, calloaesthesia reddator. Sic vota nostra absolvuntur.

THESES DEFENDENDÆ

I.

Nullum etiam classium inferiorum animal nervis caret.

II.

Prima frigoris actio organismo admoti stimulans.

III.

Nulla ars a vultus lineamentis animae characteres dignoscit.

Shakspeare.

IV.

Facies humana speculum status animae.

V.

Tartarus emeticus scopo diaphoretico propinatus, sub certis circumstantiis, purgantibus conjunctus securius agit.

VI.

Auditus in tenebris vividior.

VII.

Haemorrhagiae a causa dynamica e membranis mucosis frequentiores.

VIII.

Fluida emanata a corporibus colores sumunt tantummodo transversando oculi humores ut ad retinam perveniant.

IX.

Eo major est perceptio quanto major est attentio animae erga impressiones objectorum.

X.

Putredo cadaverum non semper medico-legalem autopsiam excludit.

XI.

Oscitationis in aliis repetitio per legem associationis explicatur.